



1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.



1668.

1. Beckmann, Joh. Volk: De jure braccandi.
2. Beckmann, Joh. Volk: De appellacionibus.
3. Beckmann, Joh. Volk: De privilegiis pauperum.
4. Beckmann, Joh. Volk: De jure ludendi.
5. Beckmann, Joh. Volk: De fructuum
6. Beckmann, Joh. Volk: De poenitentia.
7. Beckmann, Joh. Volk: De aegritudine ejusque
iustis ac privilegiis. 2 Exempl.
8. Beckmann, Joh. Volk: De оурсѣюга двѣ
и гдѣхадѣв. 2 Exempl.
9. Beckmann, Joh. Volk: De donationibus
10. Beierus, Adrianus: De manibus.
11. Beierus, Adrianus: De matris.
12. Falcker, Joh. Christophorus: De favore juris.
13. Falcker, Joh. Christophorus: De carceribus.

1668

14. Falckner, Joh. Christophorus: In J Cto Vallejo
methodicus ac integer in locidictae foeminarum
intercessionis status.
- 15^a Falckner, Joh. Christophorus: De jure retractus
legitimus.
16. Falckner, Johanes Christophorus: De jure sacro.
17. Falckner, Johanes Christophorus: De beneficiis
competentiae.
18. Falckner, Johanes Christophorus: De feneratorum
per J Cto Maced. coersitione
19. Falckner, Johanes Christophorus: De sponsalibus.
20. Falckner, Johanes Christophorus: De impensis

o
w

—
o

—
Herr

—
aus

—
is



387



I. N. D. N. J. C.

Permissu atque autoritate

Magnifici JCr. ordinis in Academ. J E N E N S.

P R Æ S I D E

*Viro Nobiliss. Ampliss. Consultiss. atque
Excellentissimo*

DN. JOHANNNE CHRISTO-

PHORO *Falckner* / J. U. D. ac P. P. ibid. celeberr.

Consil. Sax. Curia^e Prov. ac Scabinat^{us}, Fac. item Jurid.

Adfess. gravissimo, & hujus etiam h. t.

DECANO SPECTATISSIMO,

Domino PATRONO ac DOCTORE suo

pl. observando

DE JURE SACRO

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ

S. R. German. I. & in hoc inprimis STATUUM EVANGEL.
territoriis accommodatum

P R O L I C E N T I A

Summum in utroque jure titulum rite capessendi publicæ
Doctorem censuræ

submittit

T H E O D O S I U S *Lehman* /

Annæ. Montanus.

Disputabitur in Auditorio JCr. horis matutin. ac pomerid.

MENS. JAN. D. A. cl^o 1^o LXIIX.

J E N Æ,

Literis JOHANNIS WERTHERI.



PER QUAM GENEROSO AC STRENUO, DIGNITATE
AC MERITIS ILLUSTR

DN. VITO LUDOVICO

de Seefendorff/ uff Obernzenn/ Erffa/
und Gumperda/

S. R. I. Lib. Eqv. SERENISS. Ducis Sax.

MAURITII Consiliario intimo ac Cancellario,

Senatusve Ecclesiastici, qui Cizæ est, ac Curia

Prov. Sax. JEN. Præsidi eminentissimo,

*Heroi, Patrono ac Statori bonarum literarum
exoptatissimo,*

Domino ac Mæcenati meo gratioso.

PER QUAM MAGNIFICO, PRÆNOBILISSIMO AC LONGE
EXCELLENTISSIMO,

DN. GEORGIO ADAMO

STRUVIO, uff Uhlstädt und Benigen

Jehna/ JCT. celeberrimo ac de Rep.

optimè merito,

SERENISS^m. DUC. SAX. VINAR. Consiliario

Camerali, Aulico atque Ecclesiastico eminentissimo

ac gravissimo

Domino, Patrono atque Evergetæ meo.

summa atque æterna observantia colendo

*in bonæ mentis ac studiorum suorum commen-
dationem.*

D. D. D.

AUTOR.





I. N. D. N. I. C.

Religionem esse utilissimam generi humano fabulam, quæ continendæ plebi inventa, hoc solum à sapiente obtineat, ut facietenus patiatur se Christianum haberi, de cætero liber, & ea, quæ populus stultissimè facit, sapienter ipse facturus, tanquam legibus iussa, non tanquam Deo grata, sententia hodieque frequens, nec solo Hetruriæ contagio contracta multorum est, qui sub Politicorum schemate se nobis venditant. Si per omnes orbis ætares experientiam circumduxeris, invenies, semper quidem atheos, plerarumque verò immanium in Rep. fraudum ac vioientiarum velum ac titulum, potentissimumque inter cætera dominandi tentamen juxtà ac instrumentum fuisse religionem. At adulto jam Christianismo, cum inde à primordio civilium societatum, ipsâ naturâ duce, cura sacrorum (nempe hæc *πρωτὴ ἐν πολιτείᾳ ἁγιώτατα*) etiam in profanis gentibus penes imperantes illibata perseverasset, totque divinis præceptis atque ipsò Reip. usu ex gente iisdem addiceretur; * meritò mireris, magnis demum animorum motibus id actitatum, ne quid seculari potestati juris esset in ordinandis cultibus ac ceremoniis sacrorum, vocesque plûs quàm barbaras jactatas: quid nobis & Imperatori? † Cum sciret professus humani generis hostis officia imperantium ac parentium rectore religionis (inprimis autem veræ Christianæ utpotè summis potestatibus faventissimæ) sensu inter se contineri, nullo unquam ariete validiùs, quam immissis contrariis de religionis studiis, atque erepto imperantibus jure atque intellectu sacrorum Rerumpublicarum mœnia quassavit, * verissimumque atque à prudentioribus pridem observatum est, vix dimidia ex parte à Remp. suam tenuisse, qui hanc à se curam in aliorum arbitrium

P. Firm. in Genio sec.

Clapmar.

de Arc. Revelum ac titulum, potentissimumque inter cætera dominandi

rump. c. 6.

Boxhorn.

i. Polit. 7.

Arist. 7.

Polit. 8.

** Theosof.*

XII. de Rep.

4. Arnsf. II.

† Cum sciret de Maj. 6.

† Ita Do-

natista. M.

Ant. de dom.

de Rep. Eccl.

VI. s. n. 162.

** add. dist. 96.*

c. 10. X. de

constit.

A

ab

* R. J. d. ann. 1532. S. Concilium betreffend / de ann. ann. 1566. S. wieviel wir nun auff solches / c. 21. XXIII. q. 5.

* *Onuphr.* abdicaverint, * ut proinde nobilem, neque facile despondendam
Panv. P. Patribus Romanis luctam agnoscas † de non admittenda plebe in
Æmyl. apud consortium Pontificiæ dignitatis, à quâ & legum interpretatio
Conr. de olim penderet. l. 2. §. 6. ff. de O. 7. Totius Reip. remota quidam ac
majest. sacr. clavus est religio, * penes cujus antistites tota ferè est *ἀναγωγία*:
thes. 55. de vulgi autem ingenium omnib. fraudib., quæ religione obum-
const. Ep. brantur, patet. Neque opus est per exemplorum farragines di-
Germ. th. 55. ctis fidem conciliare, quorum nobis domi affatim succrevit. De
 † *ap. Liv.* vi paganæ superstitionis in majoribus nostris consulit Tac. de
 * *D. Saa-* morib. Germ. c. 7. & 11. & inspicere porrò in faciem Christianæ
vedr. Symb. Germaniæ, quam habuit ex eo tempore, ex quo Hildebrandina
Polit. 24. tyrannide exarmata, si non planè excæcata, jacuit sacra Cæsarum
V. Lau- potestas, quæ non turbæ, quæ non internecina partium odia, quæ
rent. Banck. non sanguinariæ diræ Remp. pervaserunt! Quanquam autem
tr. de ty- vix unquam defuerint, qui Væjovi Rom. dominatum in sacra ac
rann. Pap. profana gentium latè porrigenti non occultis tantùm suspitiis,
 qualia piis nunquam non ea tempestate plurima poterant prori-
 tari, sed & apertis studiis atque ipso sæpè jugulo petito contradi-
 cerent; præpollentibus tamen temporum fato ac vitiis nostris,
Conr. d. l. non nisi serò idque superiori demum seculo, cum idolo larva per
th. 53. 79. Lutherum detraheretur, vindiciæ secundum libertatem Ecclesia-
 stici juris Germanorum dictæ sunt. Quam tantùm abest, ut
I. M. A. de conditores juris nostri sive pagani sive Christiani Impp. in ma-
Dom. VI. 45. nus Pontificum universam unquam resignaverint, ut potius con-
Cl. Salmaf. stet, utramque utrosque aliquando personam (Regis ac Ponti-
def. reg. II. 9. ficis) sustinuisse; * hos verò à primo in Ecclesiam transitu juris sul-
 * *Tac. 3. A.* Ecclesiastici retinentissimos, melioribus etiam seculis sine contra-
58. Dn. Bos. dictore quietos possessores extitisse. Hinc est, quod cum in in-
diff. de Pon- terpretando jure sacro Justiniano in lubrico se ac Rom. curiæ
ris. Impp. parùm grato argumento versari intelligerent Pontificii juris no-
Christ. stri interpretes, nusquam ingeniosiores apparere studuerint,
 quàm comminiscendo obtentui, quo LL. de rebus sacris edicentes
 Præter aut omni legislatoriâ autoritate nudarentur, aut, quod modestio-
Baron. ad res velint, saltem ex concessione aut approbatione Curiæ sustineri
ann. C. 558. cre-
 & 568. *A. Barboj. ad rubr. C. de SS. Eccl. n. 2. Gilk. ad autb. si quis mulier C. de*
SS. Eccl. ap. Magnif. Dn. Richter ad d. autb.

crederentur. Quod vix poterant aliter, qui stylum scenæ gerere. *Tbolos. XIII.*
bant obnoxium eorum, qui credi sibi postulant, principem secu- *de R. 1. n. 21.*
larem nil nisi accensum, ministrum, executorem aut molliori ver- *A. Fachin.*
bo magistratum sacerdotalis potestatis esse, cui defensi ac locu- *II X. Con-*
pletati cleri gloria satis superque foret. Age, quoniam hoc *trou. 1.*
nobis nunc agendum est, insignem hanc juris publ. portionem,
de potestate principum circa sacra, quam ita diligenter in suo
legum volumine executus est Justinianus, ut vel hoc solo re-
refellantur, qui, quicquid ei inest publici, solius privati juris gra-
tiâ scriptum esse contendunt, per saturam expendemus, anti- *Feld. P. IV,*
quitati usum Imperii nostri hodiernum, quantum certè instituti *Elem. V. 2.*
modus feret, fideliter subtexentes, exemplo Imperatoris *S. 5.*
proem. 7. l. un. §. 9. in fin. C. de caduc. toll.

I. Jus sacrum voco, quod ad statum Eccle-
siasticum Reip. Romano-Germanicæ spectat.

Ανεβολογειν de nomine aliorum curæ reliquimus, atque *V. Dn. Tab.*
argumento nostro laxiorem appellationem indidimus juris sacri, *de R. 7. E.*
quod Ulpian. sub publico disertim comprehendit *in l. 1. §. 2. ff. sect. 1. 1b. 2.*
de 7. & 7. nonnulli autem veteres, quos inter Aufonius, ab eo *seqq.*
separarunt, jus omne in sacrum, privatum, publicum distinguen-
tes. Neque tamen de omni jure sacro, sed maximè Christiano,
neque de hoc, in quantum & sacerdotum aut populi, sed de eo
solo, quod imperantium propriū est, præcipuè agere nos velle, sub-
jecta titulo a spasmatii vox & professionis nostræ ratio declarat.
Quodlibet horum suis finibus circumscribitur, neque confundi
temerè debet. Disertissimus Anton. Faber differentiam simili *L. de Rel. in*
tudine ab animæ ac corporis distinctissimarum rerum conjugio *Rep. reg. c.*
petita illustrare conatus est. Labet fontem rei compendiō de *IV. n. 1.*
libare. Natura cum inter nos cognationem constitueret, con- *l. 3. ff. de*
sequens fuit, ut non solum ab injuria invicem abstineremus, sed *7. & 7. l. 7. ff.*
& certaremus beneficiis, atque alter alteri tanquam lumen de lu- *de serv. ex-*
mine accendendo ad omnem virtutem præiret. Omnis quippe so- *port.*
cietatis humanæ permultum interest homines scire, quis noster
status sit, quæ nostra in Deum & socias creaturas relatio, jus, li-
bertas, obligatio. Eadem igitur natura inter causas congregationū
A 2 huma-

humanarum religionem certè posuit. Ut proinde facilè intel-
ligi possit, quemvis in quavis vitæ conditione positum Christia-
num hoc ipso, quod Christianus est, multò etiam arctiùs teneri
cum omnibus, tum illis præsertim, quos relatione quadam re-
spicit, ducem se, fautorem atque adiutorem, quibuscunque mo-
dis ac mediis, quib. scil. etiam extra sacerdotium Christianus ad-
versus Christianum uti possit, ad consequendam æternam beati-
tudinem præstare; & hoc eò magis, quò pluribus animi aut for-
tunæ instrumentis ad eam rem instructum se quisque intelligat.
Quantum igitur circa cultum divinum atque omnia beatæ vitæ
subsidia procuranda vi patriæ atq; œconomicae potestatis pater-
familiâs in sua familia & potest & debet; tantum jure naturæ ac
gentium principem, in quo omnes potestates inferiores modo
quodam eminenti insunt, in societate civili & posse & debere,
præsertim cum sua suorumq; salus in eo simul versetur, nemo sa-
niorum, credo, dubitavit. Imperium autem ipsum, quod & ex

*Magnif. Dn. Ziegler ad N. G. L. II. s. 20. Dn. Bacl. pro leg. ad eund. * arg. 1. 2. ff. de jurid.* institutione divinâ simul cum humano genere natum, omnibus
imperandi adjumentis, quorum vel præcipuum religio, instru-
tum esse decuit, * inprimis cum vicissim nulla religio citra vincu-
lum ac succenturiatam directionem civilis Majestatis in ulla Rep.
zquè commodè sustineri queat. Tamen si enim inter insitas cu-
jusvis novæ illas *ἐνοία*, sit quædam Numinis reverentia, ac pro-
videntiæ divinæ sensus; sicut tamen Deus adæquatè nulli
creaturæ cognoscitur; ita nec adæquatè ejus colendi modum,
naturæ aut gentium jure definitum habemus. Neque id gentes
poterant, quæ dictante intellectuali lumine, munus id soli Deo
proprium, perque selectos ejus interpretes expediendum præsu-
mebant. Itaque cum Religio Christiana per se ad essentialem
Reipublicæ constitutionem haud ordinetur, potuit equidem ci-
vilis majestas omni tempore exerceri ac conservari integra etiam
sine ulla potestatis Ecclesiasticæ connexionè, nunquam tamen
sine aliqua jurisdictione circa religionem in genere dictam, atque
divinæ providentiæ quadam persuasione. † Postquam tamen
Christianismo in Resp. introducto civilis potestas accessione Ec-
clesiastici regiminis aucta, probabilis est Theologorum tradi-
tio, imperio principum Christianorum per horum receptionem
in

in communionem sanctorum idoneam aliquam facultatem simul
 divinitus datam judicandi de rebus ad Ecclesiae constitutionem
 se conservationem externam pertinentibus. In hac Ecclesiastica
 gubernatione summam nihilominus finium regundorum decet
 esse cautionem. Quippe cum ex singulari ac gratioso Dei con-
 silio religio Christiana comparata sit ad finem supernaturalem,
 aeternam beatitudinem, homini conciliandum, ad eum obtinen-
 dum mediis quoque supernaturalibus, quae & in cognoscendo &
 exequendo singulari ejusdem revelatione atque gratia niterentur,
 instrui hominem necesse fuit. Quae igitur necessaria fuerunt
 consequendo illi fini, fundandaeque ac constituendae internè at-
 que essentialiter Ecclesiae, ab ipso Deo ac Domino nostro J. C.
 uti factum, constitui, praecipere ac sanciri par fuit. Ultra concessa
 igitur multum progressa fuerit civilis potestas, si hisce etiam mu- *2. Paralip.*
 tandis, usurpandis vel corrigendis manum audeat admovere. *XXVI. v.*
 Nam in reliquis, quae lex divina sive naturalis sive positiva jubent *16. seqq. 2.*
 do vetandove indifferentium rerum numero non eximit, maje- *Sam. VI. 6.*
 stas civilis idoneum habet ordinationum suarum cum in insti-
 tuendo tum destituendo objectum. Neque dubium est, quin
 accidentalem Ecclesiae ornatum in externam concordiam, disciplina,
 ordine & decoro positum his accommodatè ad Remp. constituen- *I. Cor. XIV.*
 dum Servator injunxerit, quibus Ecclesiam suam & docendam &
 40.
 regendam idem commisit, secundum quidem praescriptos in ver-
 bo revelato cuivis hierarchiae Ecclesiasticae fines. Eminens qui-
 dem in reliquis magistratus civilis autoritas: neutiquam tamen,
 ut constat ex dictis, aequalis ejus est in utroque foro Ecclesiastico
 & civili statuendi potestas. Proinde ut qualis & quanta sit haec
 potestas sciri possit, ita progrediemur.

*Junge Lam-
 pad. de Rep.
 R. G. p. 1. n.
 15. seqq.*

II. Jus sacrum, quod imperantium proprium
 est, sive Ecclesiasticum Majestatis regimen sive ali-
 ter libeat appellare, est publica ac divinitus com-
 petens Christianam religionem necessario perso-
 narum rerumve sacrarum ministerio atque admini-

A 3 culis

culis instructam in Rep. legitimè & instituendi, & dirigendi & defendendi potestas, ad finem propositum.

Apud nos vulgò *jus seu jurisdictio Episcopalis*, iterò *jus reformandi* nuncupatur. Ejus principale subjectum est summa quæque cujusque Reip. Christianæ Majestas, cui divino jure debetur, *Deut. XVII.* imò addicitur ac præcipitur. Non ergo ex concessione pender
19. Jos. I. 8. Romani Pontificis, qui nobis ingens illud hieromonarchiæ suæ
Es. XLIX. nec immediato divino præcepto, nec libera Christiana
23. Rom. collatione, nec præscriptione hæctenus probavit.
XIII. 10. c. 16. Itaque hæc potestas atq; inspectio in Ecclesiam totius Germaniæ
d. 96. c. 20. in Imperiò nostro penes Imperatorem ac Statûs recumbit, quo
26. c. XXIII. rum concessu & singuli Status (Imperii, ajo, non provinciales,
9. 5. si paucas municipales civitates excipias) imò & qui non sunt
Status, immediati Imperii Equites, ita ferente Reip. nostræ con-
stitutione, illi quidem vi superioritatis territorialis; hi verò ex
privilegio in suis dominiis jurisdictionem Episcopalem, atque
universum jus sancienti de Religione in Romano Imperio appro-
bata, jure exercere, nemo est, qui ignoret, frustrâ admodum con-
tradicientibus patrum memoria pacificatoribus Dillingensibus.
An tamen à tempore demum Passaviensis transactionis, ejusque in
comit. Aug. de Ann. 1655. in modum pragmaticæ sanctionis
subsecutâ confirmatione, ex quo fiduciarii ejus possessores facti
multis dicuntur, competierit, multùm expedit in definito habere.
Et verius est *ab ipso tempore concessæ superioritatis*, ut quæ po-
testatem regendi subditos in causis civilibus & Ecclesiasticis com-
Dn. Tab. d. l. plectatur, *Status eam facultatem habuisse*, quamvis sanè dolendum
16. 23. sit, Hildebrandinis artibus possessione eos per aliquot secula exu-
tos curiæ Romanæ pinguem quidem, nunquàm tamen satis tu-
tam servitutem servisse. Qui si sibi, quod poterant, jus suum
integrum tempestivè servassent, nihil jam pridem concessuri
erant libertati eorum temporum, quibus omnes Ecclesiasticas
leges aut à Cæsaribus ac principibus latas, aut ab Episcopis qui-
dem latas, sed ab illis vim omnem ac autoritatem accepisse con-
stat. Rari omni hoc sequenti ævo principes, qui se *ἡμιονόπρασ*
τῶν

τῶν ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας ὑπὸ θεῶν καθεστηκυίας cum Constantino ap. Euseb. de
 rectè agnoscerent, aut cum Justiniano vitæ atque Ecclesiæ parem vita Cor-
 sibi curam esse verbis ac factis profiterentur, † Magni denique Ca- stant. lib.
 roli, * Ludovicorum, Ottonum, & paucorum aliorum Zelum in Il. c. 24.
 jure suo Ecclesiastico asserendo æmularentur. Solent tamen & † Nov. 3.
 nostri Imperatores curam Ecclesiæ sui officii in decret. J. sape- inf. Nov. 6.
 numero profiteri, † præsertim cum superiori seculo ejus à Pro- in pr. Nov.
 testantibus strenuè admonerentur. Et postquam transacto nupe. 43 77. in pr.
 ro tricennali Germaniæ bello, cujus vel præcipuam causam am- Nov. 57 inf.
 bitionem Cleri Papalis sensimus, hæc potestas Statibus denuò * Goldast.
 partium conventionem confirmata, * plurimisque captivibus ac Tom. 1. CC.
 reservatis liberata † fait, non est, quod sibi jus aut spem ullam fin- Impp.
 gant Romanenses Episcopi Jurisdictionis Episcopalis, qualem † R. J. d.
 sibi olim in Protestantium territoriis usurpaverant, quasi possli- A. 1544. S.
 minio unquam recipiendæ. Frustrà spoliū suū spoliator Erstl. der
 reposit; quique juramento in observantiam Concilii Triden streittgēde
 tini (per quod qui sublatam Religionis pacem votis suis præten- ligiton. d. a.
 dunt, in Majestatem Imperii nostri manifestò sunt injurii) & 1578. S. die
 Bullam Pii IV. præstito Episcopos se nostros esse postulant, jure weil aber
 divino * ab eorū nos obedientia prohiberi intelligant necesse est. 1548 S. nach
 Ex iis, quæ dicta sunt, patet, jure tantum superioritatis territo- dem auch
 rialis, non titulo Jurisdictionis cujusque particulari, qualem ha- in berührer
 bent die Cent. Fräiſ. Leh- oder Zins. Herren / neque jure pa- 1551. S. wie
 tronatus Ecclesiastici licere de Religione disponere; † Nam quod sind auch.
 immediati Imperii Nobiles habent, ex privilegio esse, jam tūm * Proem.
 diximus: quædam civitates municipales etiam præscriptione se Rec. d. A.
 tuentur. * Cæterum definitionis nostræ reddenda ampliùs ratio. 1654. J. p.
 Generis loco potestatem eamque publicam, quia nec hæc Maje- art. V.
 statis pars sine aliqua coercitione finem suum sortitur, posuimus: † Reink. d.
 differentiæ constituendæ objectum, modum agendi ac finem as- R. S. & E.
 signavimus. Objectum est verò Religio seu fides Catholica, L. III. cl. 10.
 quæque huic famulantur, res ac personæ Ecclesiasticæ. Modus n. 2.
 agendi introductio, directio ac defensio harū legitima; de fine in- * Matth.
 fra dicemus. Singula antequam explicemus, præmittendum & VII. 6. 15.
 hoc est. III. II. Job. 10.

† J. P. art. 5. §. 41. 43. Knichen de subl. terr. jur. c. 3. n. 240.

* Mev. ad jus Lub. p. 1. q. 3. n. 20. Magnif. Dn. Struv. ad l. 13. C. de E. A. q. 3.

III. Potestas Principum circa religionem ac sacra Christiana non est spiritualis, non architectonica ac independens, sed verbo divino adstricta: neque tamen merè politica, secularis seu Laica, sed & Ecclesiastica rectè dicitur.

Loquimur autem hïc non de potestate pacti, aut conventionibus circumscriptâ, qualis etiam Statuum Imperii plurimùm est, ut cùm Protestantes ac Reformati mutuò sibi promiserunt, neutros contra alterutrius fidei affectas quamvis subditos *ius reformandi* exercituros, aut Statûs provinciales cum Domino territorii in certa pacta convenerunt; sed de ea, quam etiam jure suo maximè integram & conventionem haud immiutam Majestas habet, quam nihilominùs æqualiter & indifferenter ad omnia sacra ac profana Christianorum extendi negamus. Non enim hæc Majestati competit ex naturali autoritate in Remp., quam etiam sine ea existere posse, suprâ innuimus, utut in uno subjecto hæc duo principia agendi in Christianis civitatibus concurrant. Itaque quantum lex divina voluit, tantum nec plus potest hæc potestas. Suprà jurisdictionem a. jus dicenti impunè non pare-

itur, ac legum robur à potestate ferentis est. Quia enim Salva-
tor & discipulis Ecclesiæ suæ gubernationem dicitur commisisse, *
necesse est, diversam Magistratui ac Sacerdotio gubernationem
demandari. Canonistæ ex hypothese statûs Ecclesiastici suo-
rum temporum, quatripartitum jus sacrum seu Episcopale con-
finxerunt, *ordinis, legis diœcesane, jurisdictionis & statûs*, quæ di-
stinctio inveterata fori tritura se tuctur, licet reverà coagulum sit
multarum partium heterogenearum, totque dissonas ab autori-
bus suis patiatur interpretationes, ut fortè inconsultum sit, data
levi ac simpliciori via, salebrosâ isti inhærere, quam tamen apud
alios vide sis explicatam. † Alii aliter hanc rem expediunt, di-
stinguendo inter functionem & imperium sacrorum, actum pa-
trionis & gubernationis externæ, religionem & jus ad religio-
nem, cultum seu munus internum & externum, potestatem admi-
nistratorem & directoriam, jurisdictionem fori exterioris &
inter-

Instr. P.
art. 7.

l. f. ff. de
jurisd. l. ult.
C. de LL.
* Ioh. XX. 21.

arg. §. 2. 7.
de 7. & 7.
† B. Carpz.
I. 7. Eccl. d.
4. M. Dn.
Struv. Synt.
Feud. Vl.
aph. 17.

interioris. Nos cum Dn Tabor & ita transigemus: Regimen re-
rum sacrarum aliud esse cum imperio conjunctum, aliud sine im-
perio voce ac sollicitudine pastorali expediri. Illud est imperantiū;
hoc sacerdotum, qui ideò potentiam ac imperium habentibus
opponuntur. 1. Petr. V. 3. 1. Tim. III. 3. Tit. I. 7. Illud in ordi-
nando per leges positivas (Kirchenordnungen) cum consilio Ec-
clesiæ & imprimis pastorum latus externo sacrorum cultu, rebus
ac personis Ecclesiasticis disponendis atque in officio continen-
dis occupatur: hoc in dispensatione rerum spiritualium, b modo
illuminandi atque uniendo hominem cum Deo per verbum, fi-
dem ac sacramenta, monendo, consolando, corripiendo, refutan-
do versatur, eaque comprehendit, quæ Canonistis dicuntur ordi-
nis, ac partem jurisdictionis, quam internam vocant, in ligando
ac solvendo impios ac resipiscentes, qui duo actus, quanquam spe-
ciem aliquam jurisdictionis præ se ferant, nihil tamen habent
commune cum jurisdictione humana corporis coercitivâ, si qui
honorum tantum spiritualium vel privationem vel restitutionem
juxta formulam divinæ legis faciendam concernunt.

Non ergo per modum causæ instrumentalis animatæ, uti sa-
cerdotes per solennia Ecclesiæ obeundis sacris delecti, ad pro-
ducendam animarum salutem immediatè ordinatur hæc princi-
pum potestas, sed, cum in partibus ministerii jure divino insti-
tutis nihil mutare aut novum condere possit, officium suum ab-
solvit in juvando sine illò supernaturali, mediantibus internis
gratiæ divinæ auxiliis, per directionem ac pædagogiam quandam
externam in iis, quæ objectivè ad Ecclesiam se habent, interpo-
nendam. Sanè intuitu obligationis ad auscultandam proposi-
tionem, explanationem, defensionem ac confirmationem ejus
doctrinæ ac religionis, quam imperantes subditis sequendam sua
autoritate publicè edixerunt, intuitu item potestatis clavium, c
officii elenchtici in fide & epanorthotici in moribus in se exer-
cendi, subditi & ipsi, non secus ac quilibet alii Laici, sunt sacer-
dotum, unde & venerabilium ac reverendissimorum titulo pas-
sim in II. honorantur. l. 25. 45. 53. C. de E. & C. Patet igitur
Magistratum secularem controversiarum de religione adæqua-
tum judicem haud esse, multò minùs novas credendi regulas aut
B media

a d. l. sect. 2.
eb. 11. Jung.
Grot. de l.
S. P. circa
sacra c. 4.
A. F. L. l.
c. 3. 4.
b 2. Tim. I.
13. II. 24.
Matth.
XXIII. 23.
1. Cor. XI.
34. Carpz.
de L. R. c. 2.
sect. 2. n. 11.
De Dom. I.
2. 3. 6. 7. 8.

c Carpz. d. l.
c. 3. n. 21.



media ad salutem, quæ divini legislatoris voluntate in Scriptura
satis clarè expressa, Symbolicisque Ecclesiæ confessionibus repe-
tita habentur, condere aut ad observanda præcepta verbo Dei
contraria subditos obligare posse, arg. *Nov. 6. c. 1.* quemadmo-
dum nec ea, quæ naturali jure hominibus de religione aliisque
vitæ officiis indita sunt, mutare, quod nec Episcopis concessum.
Leges autem de Religione divinitus sancitas promulgare, conser-
vare atq; à corruptelis tueri, in primario est imperantium officio,
arg. *l. 3. 4. 5. C. de Sum. Trin. R. J. d. a. 1525. §. und nachdem &c.*
verbo: So soll eine tede Obriqkeit/ ac proinde eminentissimum.

d Illustr. V. Statuum Imperii Regale. d Ex his consequi videtur, quod diximus,
B. L. V. S. potestatem hanc neque spiritualement, neque architectonicam pro-
D. Fürsten priè esse; non spiritualement, quia nec circa spiritualia immediatè
Staat p. II. versatur, nec spiritualement exercetur; non architectonicam, si
c. XI. n. 2. quidem architectonica potestas sit illa, quæ unò habitu unàque
in f. facultate influat per causas medias ejusdem secum generis ac or-
dinis, in effectum communem principio quod & principio quo.

e verba B. e Proinde illud quoque circumspèctissimè exaudiendum, quod
Hulsem. quidam Principes caput se Ecclesiæ suarum putà regionum dici in
Brev. The- titulis suis sustinuerunt. Nam Ecclesiæ universalis neminem
ol. ext. p. præter Christum caput esse aut dici posse satis certum est. *Coloss. I.*
384. *18. Eph. I. 22. Eph. IV. 8. 15. 16. V. 23.* Esse tamen hanc potesta-
tem & dici posse Ecclesiasticam, cum ex latitudine vocabuli tum
ex objecto ac fine ejus clarescit. Ecclesiasticum quippe spirituali
latiùs patet: hoc ad bonum supernaturale immediatè tendit:
illud Ecclesiam i. e. totum vocatorum coetum præter hæc & in iis
respicit, quæ ex honestatis naturalis obligatione Christianis cum

f De Dom. infidelibus sunt communia. *f* Lex enim divina supernaturalis,
L. V. c. 1. dicente B. D. Calixt. *g* sicut naturam rationalem: ita quoque
g Epit. Theo- legem naturæ supponit; & sicut naturam ad finem sua propria
log. mor. conditione sublimiorem dirigit: ita quoque legem naturæ ele-
p. 66. vat, & in finem illum sublimiorem referre docet. Porro versa-
tur hæc potestas circa res, causas ac personas Ecclesiasticas, Chri-
stianos sive factos sive faciendos, neque tamen semper aut sola
aut æqualiter agit, cum & in objecto sæpè res ejusmodi versentur,
quæ sui natura non unius ejusdemque qualitatis, sed diversarum
spe-

specierum sunt. Finis denique hujus potestatis non sola civili beatitudine, sed & æternæ illius generica promotione continetur. *1. Tim. II. 2.*

IV. Subduntur ergò huic potestati secundum præscriptos in verbo revelato limites, cum ipsa Christiana religio, tum personæ ac res Ecclesiasticæ, prout nimirum vel instituendæ vel dirigendæ vel defendendæ.

De jure gentium liquidum est, *b* quamlibet majestatem posse in suam Remp. introducere cultûs formam sibi probatam. Neque fas est subditis quamvis veriora sentientibus motûs ea propter ac rebelliones conciere, aut legitimi principis exuere, obsequium. Ecclesiam quoque militantem politicæ potestati ab autore suo subditam cum ex iis, quæ dicta sunt, tum ex *Rom. 13. v. 1. seq. Tit. 3. 1. 1. Petr. 2. v. 13. seqq.* ampliùs apparet: non quidem ad instar cæterarum civilium rerum, in quibus figendis ac refingendis civilis vis efficaciter atque architectonicè occupatur, sed ad arbitrium ac præscriptam subdantis formulam. Itaque necesse est imperantes non solùm ipsos verbi divini probè gnaros *i* (hæc enim peritia, utut aliæ deesse possint, nunquam sine summo decore & laude Reip. abest à principe *Grot. d. l. c. 1. sub fin. c. 6. p. 120. 121. D. Fürsten-Staat p. II. c. XII. n. 1.*) reverentes ac pios esse debere, sed & in statuendo de rebus sacris nunquam suo tantùm sensu abundare, sed consilia advocare Theologorum, *k* imò plura sæpe ex Ecclesiæ repræsentativæ judicio agere debere. Unde Justinianus *sacras se per omnia sequi regulas*, juxtaque Conciliorum definitiones, toties profiteretur. *Nov. 6. c. 1. N. 83. c. 1. N. 42. pr.* Religionem Christianam hîc intelligo veram: sub personis autem Ecclesiasticis eas quidem principaliter, quæ in universali convocatione peculiariter à cæteris secularibus discretæ, & de sorte domini, putà clericos *l*; non minùs tamen & reliquas, quatenus suo facto regimini ac jurisdictioni Ecclesiasticæ obnoxias se reddunt. Ex quo autem ætatis tempore quis huic jurisdictioni obligetur, juris quoque naturæ interpretes, ut video, sollicitavit.

b arg. I. Reg. XII. 26. seqq.

i l. 9. C. de S Tibi: quædæ liter de fide.

k Num. XI. 16. arg. l. 6. C. de SS. Eccl. l. 8. C. de LL. R. J. d. A. 1555. §. So haben sich die Churf. 140. sub fin. l arg. c. clericos, dist. 21.



Rob. Scharrock *de offic. sec. jus natura c. 4. p. m. 276. seqq.* Pet-
res Ecclesiasticas intelligo eas, quæ vel sui natura vel iusto homi-
num placito ad necessitatem, cognitionem ac regimen Eccle-
siasticum spectant, sive spirituales sive Ecclesiasticæ in specie, sive
mixtæ dicantur. Falluntur ergò oppidò, qui hanc principum
potestatem restringunt ad res solùm temporales & negotia Cleri-
corum cum Laicis communia, de quibus plurimæ leges *c. C. de SS.*
m Job. XIX. Eccl. c. C. de Ep. & U. & alibi, quod id & mandatis divinis, m ut
11. 1. Petr. vidimus, ipsique principis ad subditos relationi ac necessitati rei,
11. 13. seqq. constanti denique meliorum temporum praxi repugnat. Quod
Gebb p. 114. patri non sufficit externa vitæ adjumenta liberis conquivisse,
n 2. Tim III. nisi & quantum in se est æterni boni eos reddat participes: *n id*
15. Dn. Et. nec patriæ patri principi circa subditos. Tùm quia regnum
chel. tr. de Christi in Ecclesia spirituale est, neque secures ac falces præfert,
jur. nat. o necesse est religionis temeratores, blasphemos atque atheos, ut
int. par. & Remp. desinant lædere, ex vi justitiæ potestati seculari puniendos
lib. relinqui; adeoque penes hanc esse quandam circa sacra nomo-
o Job. XIX. thesiam cum imperio & exequendi jure conjunctam. Absurdum
36. Grot. enim est dicere, necessariam esse religionem, disciplina a. cautione
c. 9. vel præceptis, quibus eadem conservatur, non esse opus. Nam
Episcopis ac presbyteris præter docendi ac liturgias officia, cla-
viumque potestatem nullam præterea secularem jurisdictionem
p Matth. coactionemve à Christo commissam esse, ex tot locis scripturæ
XXII. 19. apparet, quot de iis agitur. *p* Quamobrem consequens est, po-
Marc. XVI. testatem, quæ aliis disertim data non apparet, in capite Reip. hæ-
15. Luc. rere, cui naturaliter inesse præsumitur. Cùmque de rebus ac
XXII. 25. personis Ecclesiasticis jure divino sive naturali sive positivo, quan-
1. Petr. V. 3. tum in universum ordini cetero atque indoli Ecclesiarum ac ci-
Job XX. 21. vitatum possit sufficere, cautum haud reperiatur; cujusnam po-
Luc. IX. 51. tiores in reliquo determinando partes quam imperantium dice-
seqq. mus? Neque à vero aberraveris, *q* si omnia Ecclesie instituta vim
q Contr. d. 1. habere dicas partim juris naturalis, partim juris gentium, partim
ib. 20. juris civilis. Clerici porrò, sicut ipsa religio est in Rep.; ita
9 Bellarm. c. membra se ac partes hujus non ausint negare, *r* ac proinde ad
28. de Cler. utilitatem illius componi se debere fateantur. Exemptionem
Reink. d. R. Clericorum non esse juris divini, prudentiores quique Pontifi-
E. chl. c. 1. ciorum

ciorum pridem agnovere; *Covarr. pr. q. 31. n. 1. 2. Molin. de I.*
& l. 17. 2. D. 31. concl. 1. & 3. s neque conciliabula quædam Ro
 manæ Curiaë mancipio & usu innexa, uti Romanum, *c. 1. dist. 96.*
 Lateranense, sub Leone X. *sess. 9. Tridentinum sess. 25. c. 20.* aliud
 nobis persuadebunt. *Ex quo Impp. facti sunt Christiani, res Eccle-*
sia ab ipsis dependisse, nemine Episcoporum contradicente, histo-
ria Ecclesiasticæ abunde testantur. s Præter cæteras in C. com-
 prehensas Justiniani de sacris leges xxxix. ejus de Clericis Novellas
 animadverti à Dd. numerari. *Quid igitur de fide Catholica, ob-*
servantia ac confirmatione conciliorum, lectione S. Scripturae, ba-
ptismate, S. Synaxi, litanis, feriis ac festis, bonis Ecclesiasticis, rebus
religiosis, cæmeteriis ac sepulchris aliisque ad religionem spectanti-
bus negotiis eorumve jure u idem suo LL. corpori interuerit;
 quàm multus quoque in jure sacro sit Leo Imp. in suis Nov., id
 vel per transfennam inspicientibus appareret. Clericos t. r. etiam
 Præfectorum prætorio ac præsidum jurisdictionem agnovisse,
ex l. 2. C. de Ep. aud. l. 33. l. 25. C. de Ep. & Cl. discas. Exemit qui-
dem eos postea judicio seculari Justinianus Nov. 79. 83. 131. sed hæc
 exemitio non abdicatio imperatoris jurisdictionis, sed simplex
 quædam delegatio erat, qua causæ Clericorum imprimis Eccle-
 siasticæ Episcopis ex autoritate principis cognoscendæ committe-
 rentur, x aut hi saltem in partem adsciscerentur cognitionis, *d. l. 33.*
C. de Ep. & Cl. cum subj. auth. Nov. 123. c. 24. ita ut ab eorum senten-
 tiis, quæ ex prorogata jurisdictione latæ non essent *l. 8. C. d. Ep. A.*
 ad principem daretur appellatio *l. 6. C. eod.* Certè Justiniani
 potestas in Episcopos, Metropolitanos, Archiepiscopos, Patriar-
 chas, † quæ constituendos, quæ continendos, quæ deponendos,
 imò ipsum Pontificem Rom. latè porrecta. Neque enim con-
 troversiam *ωγεδεϊας* rectè nisi superior definiverit *Nov. 131. c. 2.*
ob. in f. junct. suspect. l. 8. C. de S. T. Nam primatum imperii sedis Ro-
 manæ, quem à Phoca longè post stabilitum Pontifex Bonifac. II X.
 inter articulos fidei * impunè poterat referre, ea tempestate credi-
 tum haud fuisse, tametsi eò referri soleat imprimis laudata *Nov.*
131. satis argumenti est l. 16. C. de SS. Eccl. y quam ideò Roma-
 nenses ab ipso Acacio Constantinopolitano præsule Zenoni di-
 ctatam causantur. De jure divino omnibus indistinctè Episco-

s Arnif. de
subj. & E-
xemt. Cl.
c. 2. & 3.

s Socr. praf.
L.V.H.E.

u Vid. alleg.
ap. Tab. d.
l. sect. 1.
ib. 35.

x M. A. de
Dom. L. VI.
c. 6. n. 62.

† Dn. Tab.
sect. 2. ib 4.

** c. 1. Ex-*
trav. Com.

de maj. &
ob. in f.

Gebb. de J.
E. p. 132.

y Add. c. 3. s.
dist. 99. Nil.

AE. Thessal.
ωεϊ τῆς ιτδ

πᾶντα δε-
πισ χῆς.



c. 24. dist. pis ac Presbyteris par in spiritualibus potestas data, itaque in pri-
93. c. 5. mitiva Ecclesia exercitam esse constat. z Walo Mesallin. de Ep. &
dist 95. Presb. c. 6. Quæ promiscuæ olim appellationes, simul quod, etsi
1. Tim. III. quis daretur tum externus ordo, καὶ διακονία ac pœna, ministe-
v. 2. 8. V. rium tamen ac directionem aut summum exclusionem à commu-
17. 18. nione sanctorum non egrederentur, ipsaq; Ecclesia non leges quasi
a Sozom. II. ex usurpatione alicujus imperii, a sed canones ac Νῦνὰ Ζεῖς diri-
H. Eccl. gendis non cogendis fidelibus promulgaret, neque Episcopis suis
β V. Matth. territoria ac jurisdictionem, sed diœceses seu parochias atque au-
Steph. de dientiam attribueret, satis eam ostendunt, cum re ipsa abstineret,
7. P. E. dist. nomen quoque imperii ac suspicionem perhorruisse. β Regnante
14. de Dom. paganismo plures Christianorum controversiæ, præcipuè quæ in-
IV. 2. ter Clericos suborirentur, amico presbyterorum ac præsulum ar-
γ 1. Cor. VI. bitrio compositæ, quod eo rerum statu præ paganorum tribuna-
v. 1. Ni libus non minus piè quam providè placebat. γ Major mox Ec-
ceph. VI. clesiæ libertas ac vis aliqua in immorigeros, Christianis rerum
Hist. 46. dominis, evenit, quæ à spiritualibus l. 6. C. de SS. Eccl. mox ad
 profana quoque negotia non solum Clericorum inter se, sed &
 quæ Laici adversus Clericos haberent, dilatata; cum hæ Episco-
 porum notiones nec sumtu nec scriptura nec mora graves
 ab Imp. valdè etiam commendarentur populo, quò spe-
 ctant plurimæ II. C. t. de Ep. & Cl. t. de Ep. aud. in primis
 l. 7. l. 8. l. 29. §. 4. d. t. non unæ item Novellæ. Theodo-
 sius Imp. in l. quotiens C. Theod. d. t. etiam expressè constitue-
 rat, ut altera saltem parte judicia Clericorum præoptante necesse
 foret, litem ac cognitionem apud eos pertractari, qui tamen exe-
 quendi potestate adhuc destituerentur, d. l. 8. inf. l. 25. C. de Ep.
 aud. junct. Nov. 86. In criminibus tamen horum non-Ecclesiasticis
 civilis jurisdictio duravit. d. l. 33. cum subj. auth. C. de Ep. Cl.
 § 1. Reg. II. Nov. 123. c. 24. § donec demum incomparabili Reip. noxa & ho-
 26. 2. Para- rum cognitionem sibi soli in posterum judices & rei quo jure
 lip. xxiv. 21. quaque injuria assequerentur, auth. statuiimus C. d. t. adeò ut nec
 jurata conventionem prorogare *secularem* jurisdictionem Clerico
 § Tib. Dec. liceret, c. 12. 18. X. de foro comp. c. 4. de judic. fieretque Ecclesia
 tr. crim. L. 6. stica, quæ etiam sic à sanguinis pœnis diu abstinuerat, ultimorum
 h. 2. c. 29. hodiè suppliciorum executrix. § Sed hæc latius persequi non est no-
 stri

stri instituti, Vid. *Grot. d. l. c. 9.* & toto opere de Rep. Eccl. passim *¶ Add. Geb-*
 Spalatensis Præsul. Justiniani quidem ævo jam tùm de solis pio- *hard. de ju-*
 rum oblationibus vivere desitum inter Clericos, postquam pii *rius. Eccles.*
 Imp. fundos, redditus, decimas amplaque cùm mobilia tùm im- *p. 118. Ant.*
 mobilia Ecclesiis atque Episcopis donassent, factumque adeò est *F. b. d. l.*
 successu temporis, ut inconsulta aut dementata veriùs Impera-
 torum liberalitas etiam integra dominia secularia, Comitatus,
 Ducatus ac regalia jura Episcopis conferret, *¶* quibus olim in be- *¶ Conr. de*
 nefactorum injuriam atque ipsius Ecclesiæ detrimentum abute- *Germ. Imp.*
 rentur, partaque in sacris ac profanis effreni quadam *c. 10. & de*
Æta prodesse ferè neutris, prout graviter conqueritur Henr. V. *C. Ep. G. Dn.*
 Imp. ad Greg. VII. apud *Abb. Ursperg.* in quo Imp. fatali tem- *Struv. S. F.*
 porum infelicitate elangvuit jus, quod sibi & Francorum reges & *c. III. apb. 6.*
 Germanorum Imp. in Ecclesias Episcopos atque ipsos Pontifices *in c. n. d. H.*
 Romanos amplissimum hùc usque asseruerant, & cùm non solùm *MEIBOM. de*
 supremæ potestatis sed & patronatus Ecclesiastici indubitato *jure invest.*
 quodam jure munerum ac beneficiorum Ecclesiasticorum con- *Ep. Lehmann.*
 cessione ipsorum suffragiis ac solennibus investituris post Cleri ac *Chron. Spir.*
 populi consensum acceptò ferrentur. Nam fuisse Carolum *II. 41.*
 Magnum, à quo jura successorum derivantur, sub splendido Im- *¶ c. 9. & 11.*
 peratoris titulo ex statu antiquæ Romæ repetito non nisi inæqua- *& pass. dist.*
 lis fœderis lege advocatum ac protectorem Ecclesiæ Romanæ *10. c. 41. c. 2.*
 constitutum, argutatur veriùs quàm asseverat novissimus quidam *9. 7. c. 16. 18.*
 Reipublicæ nostræ censor. Ita barbarie seculi bona sua ignoran- *22. 23. & pass.*
 tis ac fulminù terrore libera illa Germania, quæ orbi domando par *dist. 63. c. 2.*
 credita soli superstitioni succubuit, diu in servitute Archi-Jovis *X. de maj.*
 Romani retenta exemplum atq; exitum præbuit bicipitis Reip. *& obed.*
 quæ nec morbos nec remedia sua satis cautè aut intelligeret aut *¶ De statu*
 pateretur. Nam & multorù intereà Cæsarum pro libertate studia *Imp. Germ.*
 intra conatus subsistere. Quid enim inter Frid. II. Imp. & Mart. V. *c. 1. §. 12. Vid.*
 Pont. aliud actum, quam ut sub specie concordiæ in infensus ser- *Epist. Leon.*
 vitium præpararetur Germania, cujus peccata molle cervical at- *ad Carol. à*
 que inexhaustâ tubercinandi materiem præberent nepotulis Ro- *Conring. ed.*
 manis. Quique occasione recuperandi juris Imperii uti potuis- *¶ Lampad.*
 sent, suis commodis credo aut fato concesserunt. Exigua simu- *p. 3. 6. 6. n.*
 lachra pristini juris Ecclesiastici, imò nec sine approbatione Pon- *ult.*
 tificis,



λ Lamp. d. l. tificis, λ restant hodie Imperatori nostro jus primariarū precum,
c. 3. th. 46. J. quod vocant, ac quod ex ipsa coronatione Imp. Canonicus fiat
P. art. V. D. Petri Romæ, itemque Aquis Grani in Germania. Quod enim
§. 18. Episcopos sine interventu Cæsaris à Capitularibus electos de ter-
 ritoriiis ac Regalibus suis investiri adhuc obtinet, jus potius secu-
 lare est, quàm Ecclesiasticum. Cæterùm felicior in hoc fors
 STATUUM PROTESTANTIUM, quibus post excussum supe-
μ R. J. 1555. riori seculo Pontificum jugum Ecclesiasticam jurisdictionem
§. 15. pragmaticis Imperii sanctionibus restitutam diximus, quam pro-
ν I. P. art inde in territoriis suis velut adæquata diœcesi y illibata in causas
§. §. 47. res ac personas Ecclesiasticas, constitutis in eam rem distinctis
ξ arg. Nov. meritò judiciis, ξ quæ vulgò Consistoria vocantur, exercent. De
θ. in pr. Nov. rebus autem Ecclesiasticis quin Reip. subjiciantur, minus du-
82. 86. 123. bium est. Neque enim res sacræ aut religiosæ, quod privatorum
τ. 11. de for. commerciis eximuntur, o idè jurisdictionem quoque humanam
compet. effugiunt: neque princeps donans Ecclesiis (multò minùs one-
ο l. 1. ff. de roso titulo alienans) continuò etiam superioritatem ac jurisdic-
R. D. add. tionem cum re transtulisse censendus est, cum & privati ad pias
tot. c. XII. causas donantes sibi plerunque & heredibus suis in rebus dona-
Decreti. tis quoddam disponendi jus soleant reservare. Non unam pro-
 inde ob causam leges nostræ eas alienari atque in profanum usum
 transferri non tantùm per bella, sed & in media pace, necessita-
 te Reip. flagitante, permittunt *l. 39. §. fin. ff. de Leg. 1. l. 83. §. 5.*
ff. d. V. O. l. 14. l. 21. C. de SS. Eccl. Illustre hujus rei documentum præter cætera, quæ ex vi pacis religiosæ π in Protestantium ter-
π R. J. d. ris quotidie ob oculos versantur, præbuit non ita multis abhinc
α. 1555. §. Nachdem. annis Imperium nostrum, cum potentia civilis autoritate redi-
 mendæ pacis causâ Ecclesiastica nonnulla ampla territoria in se-
 cularem usum ac dominiũ aliis traderentur, ρ frustra reclamante
ρ I. P. art. Innoc. X., quem ne quidem ipsum à secularisatione, quam vo-
X. seqq. cant, plurimum Italiae Monasteriorum abstinuisse accepimus. σ
σ Cör. anim Quamquam si verum amamus, potiora Germania bona Ecclesia-
advers Bull. stica dicta non tam sunt Ecclesiastica, quàm Ecclesiasticorum, τ
τ Add. Lam quæ cum feudali lege ab Imperio concessa teneant, si pacem ejus
pad. p. 3. c. turbaverint, quis eos dubitet justè iisdem posse privari? υ An vero
XI. th. 47. in terris Protestantium postulatis Episcopatuum Administrato-
υ Gail. d. P. ribus
ρ. l. 1. n. 13.

ribus Collegia Canonorum saltem minora sola opinione ac proposito utilius impendendorum reddituum per non-admissionem successorum abolere liceat, non est mei iudicii definire. Quantum ad res ex fidelium at subditorum devotione Ecclesiis aut ad pias causas inter vivos aut ultima voluntate donatas attinet, utemur *Francisci Sarmienti* Φ Pontificii *Jct.*, verbis ac Φ *De redi-* sententia: *Ubicunque privatus ex re etiam sua opus pium vel pu-* *blicum aggreditur, non omnino princeps vel is, cui hæc res à jure,* *IV. c. 3. n. 2.* *commissa est, illius, qui disposuit, sequi tenetur arbitrium, quia ei talis voluntas subjicitur, etiamsi expressè testator vel donans contrarium disponant: in his enim, quæ juris publici sunt, partis voluntas non impedit iudicium publicæ personæ illi rei deputatæ.* Hactenus ille. Proinde nec horrendæ illæ execrationes, quibus rerum ad pios, sæpè etiam supersticiosos usûs relictarum turbatores raptoresve in donationum formolis devoveri frequens olim ac tantùm non solenne erat, χ ad mutationes iusta Reip. autoritate factas per χ *Petrej. de* *Monast. de* *Ecclesiæ ac Reip. prægraves, h. e. impedimentum serviendi Deo,* *Germ. p. 74.* præcidere ac remove: rectèque plurium locorum statutis cavetur, non nisi impetrata *amortizatione* bona immobilia Ecclesiastica fieri posse. Æquo longiores esse Germaniæ Episcoporum togas, eoque refecandas, censebat *ò dèsva* Legatorum Hispaniæ: quanquam dolendum, alibi in Germania ita curtas quoque esse illas, ut dignum principe opus sit, eas prolongare. In eo nunc sumus, ut de modo ac forma regiminis Ecclesiastici, quam in *institutione, directione, ac defensione* sacrorum suprâ collocavimus, pauca de singulis distinctè commentemur. Proinde ad modum instituendi sequentes hypotheses referemus.

V. Religio Christiana publicis legibus edictisve commendari subditis ac præcipi, omnibusque idoneis mediis stabiliri, nunquam autem vi atque armis suppliciisque corporalibus cogi, sicut nec hæresis, quæ talis, iisdem ad fidem redigi debet aut potest.

C

Reli-



Religionum autonomiam indiscriminatam cujusvis arbitrio
 permittere, idem est ac conscientia libertatem cupiditatum om-
 nium licentiâ metiri velle. Neque sola Reip. tranquillitas
 tanti est, ut propterea omnes omnium de religione etiam absur-
 dissimi sensûs ferendi sint. In Imperio nostro Christianam tan-
 tum (Judæos enim non ut æquales ac cives neque passim feri-
 mus, quippe nec religionis pace comprehensos) quæ & Rebusp.
 commodissima, & tolerari, felicitati Germaniæ imputamus in-
 eo haud satis defecatur, quod temporum atq; hominum genio in-
 dulgendum fuit, ut ex tot sectis, in quas scissa est, tres *aquo jure*
 publicè admitterentur. * Nam Catholicæ atque Augustanæ, quæ
 jam veteri possessione se tuebantur, in Noviss. J. P. & illa,
 quæ se Reformatam appellari amat, reclamante licet Electore Sax.
 doch sollen accessit. Neutra cogi potest aut debet: idque publicis Imperii
 alle andere lib. provisum. R. J. d. anno 1530. S. Item etliche Obrigheit/ Transf.
 J. P. art. Pass. S. und mitler Zeit/ R. J. d. an. 1555. S. Es soll auch kein Stand
 VII. v. ult. den andern. Salvator non vult mundum intrudi in Ecclesiam;
 sed docendo ac prædicando idque leni animo *a* (neque enim
 vel veritas vel falsitas seditiosè ac turbulenter tradenda *rubr. S*
 24. 25. c. 3. s. l. 2. l. 4. C. de S. T.) convertendas esse gentes cum ipse tum Apo-
 stoli ejus horumque discipuli docuerunt, neque alia in puriori
 H. Grot. Ecclesia convertendi praxis memoratur. *b* Ita mundus etiam
 II. de J. B. & renitentibus Cæsaribus Christianus factus. Fides salvifica non est
 P. c. 20. *aph.* affectio politica: neque actus potentia locomotiva: non con-
 46. 47. *seqq.* natus aut acquisitus per vires naturæ sed divinitus infusus habitus.
Matth. XIII. II. XVI. 17. Job. I. 12. 1. Cor. II. 13. XII. 9. Phil. I. 29. Thess. II.
c Add. Dn. 13. 2. Petr. I. 1. Imperium autem civile ultra ea, quæ viribus na-
 Carpz. de L. turæ parent, non porrigitur. Porro fides ac hæresis non solius
 R. c. 4. *sect. 6.* voluntatis, sed & intellectus, qui leges non audit, opus aut error
 d Rom. X. 17. est: cui docendo debet satisfieri, *d* utque fides solo præcepto
 non nascitur: ita nec hæresis exolefcit. In bona Rep. cætera
 quoque civilium virtutum officia servili coactione citra ratio-
 nem non extorquentur à civibus: sed provida educatione atque
 institutione parata vel per inertiam malitiamve neglecta à lib.
 demùm præmium aut pœnam expectant. Decere arbitramur
 imperium nostrum, subditos nostros de religione commonefa-
 cere,

cere, ajunt Impp. in l. 3. C. de S. Tr. Hispanica inquisitio plures
atheos atque hypocritas effecit, quam permiffa alibi plurium re-
ligionum libertas, quæ noſtra ac patrum memoria plurium quo-
que in Europâ agonizantium rerump. poſt vim ac ſeveriffima
quæque remedia adverſus alienos de divinis ſenſûs uſurpata ſalu-
taris medicina ac conſervatrix fuit. e Malle ſe duas religiones
& pacem, quam nullam & bellum, Henr. IV. G. R. verbum erat. *e Thuan. præfat. in
biſt.*
Utut ergo in officio principis ſit, Chriſtianam religionem intro-
ducere atque imperare: non tamen æquali exequendi poteſtate
circâ hanc atque alia naturalis religionis capita verſatur. Con-
ſtantine M. ſatis habuit paganis templa clauſiſſe, f omni ulte *f l. 1. l. 6. C.
de pagan.*
riori in eos injuria ſeverè prohibita. Optimum ac celeberrimum
exemplar edicti de religione eſt in l. 1. C. de S. Tr. & F. Cath.
cujus ideò ſancta apud omnes LL. compilatores memoria, *Cod.
Theod. L. XVI. t. 1. Baſilic. L. 1. tit. 1. Theotii Nomocan. tit. I. c. 1. Mich.
Actaliat. Synopf. pragm. tit. 3.* ſed & noſtri hanc legem ferè ſicut
primam filiam ad nuptias amplâ cum dote producere conſueve-
runt. Ejus autem præcipuum imò unicum authorem g fuiſſe g *Polyc.
Wirtb. diſ-*
conſtat Theodoſium, cum diviſis partibus cum Gratiano ac Valent. *ſert. ad b. l.
th. 9. ſeqq.*
Imperium gubernaret. Is autem, cum primum eſſe ac maximum *b Nov. 132.
pr.*
bonum omnibus hominibus veræ & immaculatæ Chriſtianorum
fidei rectam confeſſionem cum Juſtiniano b exiſtimaverat, ſtatû Eccle-
ſiaſticum Orientis, permiffa à Gratiano eorum temporû ſectis ſa-
crorum autonomia, atque oppreſſis ferè Nicænæ confeſſionis as-
ſertoribus, miſerè turbatum i ante omnia reſtituendum ſibi i *Socrat. L.
V. c. 4. So-*
Præterquam autem quod non niſi Apoſtolicam diſcipli-
nam Evangelicamque doctrinam, comonſtrato præcipuorum *zom. L. VII.
c. 3.*
tûm Anticitum conſenſu, ſubditis injungit, notabilis valde eſt
ejus legis ſanctio, præmiis orthodoxorum ac pœnis heterodoxo-
rum definita. Illis titulus ac privilegium Chriſtianorum Ca-
tholicorum; his triplex pœna (1) titulus atque infamia veſa-
norum ac dementium hæreticorum (2.) ultio divina & (3.) ar-
bitraria demûm Imperatoris ſecundum motum animi ex cæleſti
arbitrio ſumendum, denuntiatur ac decernitur. Non poteſt
enim æqualis in omnes hæreticos pœna definiri. Principiò
magne cautionis ac ſollicitæ indagacionis res eſt, hæreticum rectè

k Fr. B. de definire ac discernere. *k* Hæresis alia præ alia magis minusve or-
Verulam. de dinem Rerump. turbat atque afficit ac porro ipsius Dei majesta-
Augm. sciēt. tem investis in Ecclesiam turbidis opinionibus impugnat. Hæ-
Lib. IX. apb. resis quævis tumultuosa, blasphema, contumax, quæque funda-
2. it. Serm. menta Theologiæ naturalis ausit subvertere, quod hic error non
fiel. 3. possit non affectatus ac voluntarius esse, etiam gladium ultorem
l. 4. 5. 8. C. justè experitur: *l* at ea, quæ in principiis Theologiæ positivæ
de heret. seu supernaturalis ac revelatæ veritatis errat, nec prætereà quic-
Ant. Fab. de quam principiis civilis doctrinæ adversum comprehendit, com-
Rel. in Rep. miseranda potiùs ac lenibus remediis ad rectitudinem redigenda,
reg. L. II. c. quam vi atque suppliciis exasperanda. *m* Neque verò Arrium
5. n. 193. Dn. teterrimæ hæreseos damnatum Nicæna Synodus, neque Macedo-
Carpz. | Pr. nium Constantinopolitana, neque Nestorium Ephesina, neque
Cr. p. l. 9. 44. Chalcedonensis Eurychen aut Dioscurum, causa procul dubio se-
m Id. ad L. cundum & divina præcepta & Ecclesiæ mores sollicitè examinata,
R. c. 3. sect. 5. vita privandos censuerunt. *n* Leges quoque contra hæreticos
n Proem. ab Imp. latae ea severitate, quam præ se ferunt, vix unquam exe-
Conc. Nic. cutioni datae: *o* solentq; ferè Dd. crebram in his capitalis suppli-
Sqz. L. I. cii mentionem de deportatione, quæ & ipsa in jure passim ulti-
6. 20. mum ac capitale supplicium *p* nuncupatur, capere. Neque ta-
o t. t. C. de men extra omnem coercionem hi quoque posterioris generis
heret. & hæretici ponendi sunt. *q* Quatenus enim aliis magnetismo
Manich. So- exempli ac disseminandæ opinionis suæ pruritu nocent, posse
zom. L. V. 12. eos, post datum pænitentiae locum atque adhibitos Ecclesiastica-
II. 32. Ni- rum admonitionum censurarumve gradus, si nihil remiserint de-
cep. IX. 52. proposito, non solum à corpore fidelium, sed & à civitatibus se-
Carpz. pr. jungi atque expelli, veluti leprosos, non in pœnam morbi sed
Cr. d. l. n. 39. ad avertendam contagionis noxam verius est. *r* Quamquam igi-
p l. 28. ff. de tur necesse sit nonnunquam zizaniorum tolerantia *s* (nam po-
pen. l. 103. ff. sitivè juvare ac promovere hæresin nunquam licet) triticum ler-
de V. S. vare, neque unitas fidei ac religionis semper in Rep. imprimis
Carpz. d. l. mixtâ obtineri possit; *t* summum tamen majestatis in ea vel con-
n. 37. ser-

q l. 6. C. Theodos. de heret. l. 4. §. 1. verb. in omn. C. eod.

r Pulchrè A. Fab. d. l. n. 215. seq.

s Matth. XIII. 28. 29.

t arg l. 17. §. pen. ff. de recept. arbitr.

servanda vel instauranda u decet esse studium, cui fini utilissimæ u Rec. 7. d.
& ad exemplum valentissimæ sunt illæ fidei confessiones edicta- anno 1525. S.
les à Theodos. Jun. Marciano, Justiniano in l. 3. & seqq. C. d. S. T. und nach-
promulgata. * Tametsi enim veritas verbi divini per se operetur; dem/ verbi:
tamen sicut juris naturalis sanctior observatio à llb. civilibus: So soll eine
ita externæ ad Christianismum pædagogicæ efficacissima pars est, jede Obrigt.
extare ac proponi publicas ejusmodi fidei atque orthodoxias for- * l. 5. ibi:
mulas, x quas ut cognoscere atque audire velint subditi, quin qualiter de
etiam cogi possint, nihil vetat dicere. Hunc in promulgando fide & c.
morem optimi quique principes semper secuti: Car. M. in Const. x Dn. Tab.
contra heresin Elipand; y Caroli V. idem forte in promulgando d. l. sect. 1.
INTERIM sed infaustus; felicior STATUUM PROTESTAN- 16. 35.
TIUM in A. C. & C. Form. conatus. Commodum nunc de y apud Gol-
jure reformandi STATUUM IMPERII ex novissima pace qua- dast. T. L.
dam attingemus. Pax religionis in Germania multo sanguinis, CC. Impp.
opum atq; ærumnarum impendio asserta z præter confirmatio- z Magnif.
nem sui secundum priora Imperii decreta has ferè in J. P. a Dn. Strauch.
leges accepit: ut quæ post Cal. Jan. A. M DC XXIV. in Ecclesia. Diff. Exot.
sticis & horum intuitu in profanis mutata, in eam faciem repo- VI. VII.
nerentur, quâ sive in Catholicorum sive Protestantium commo- a art. V.
dum tum fuissent: adeoque bona Ecclesiastica ejus temporis
possessoribus restituerentur in perpetuum retinenda. Jus refor-
mandi, quod antea ordines liberrimum videbantur habere, ita
constringitur, ut qui dicto tempore diversum à fide domini terri-
torii exercitium suæ religionis, sive privatum sive publicum, ha-
buissent, eo salvo in posterum fruantur, turbati in eodem re-
stituantur: qui id dicto anno non habuissent, salva libertate,
conscientiæ tolerantur, cultum tamen suæ devotionis exerceant
tantum intra privatos parietes, & ad publica sectæ suæ sacra in
vicinis locis frequentanda liberum comæatum habeant. Sub-
ditis post hanc pacificationem in diversam religionem digressis
nullum commorandi jus: salva tamen & his, si præstanda præsti- Jung. Carp-
terint, intra legitimum spacium, emigrandi, suaque bona aut zov. dec. 84.
alienandi aut per alios administrata retinendi perque vices inspi-
ciendi potestate. Protestantes ac Reformati ordines inter se
convenerunt, ß ut si deinceps horum quispiam alterutram harum ß art. 7.
C 3 reli-

religionem mutarit, aut ditionem alterutra harum sed diversa à sua imbutam successionis aut quo alio titulo acceperit vel recuperaverit, ipse quidem suæ religionis sacerdotes in aula secum habere possit, subditos tamen ad cultum suum haud adigat, sed in huc usque recepto ac consecratis ei juribus relinquat, quamquam & hisce integrum, ultrò domini sui sacra amplecti, & hæc quidem à successoribus haud auferenda. Potest igitur Catholicus in provincia A. C. vel Reformatæ religioni addicta, & Protestantium vel Reformatorum aliquis in provincia Catholica, suam religionem etiam publicè introducere, dummodò exercitium sui cultus juxta typum ac consuetudinem dicti anni simul subditis conservetur. Litigioso superioritatis ac territorii jure, is, qui dicto anno in possessione fuit, jus reformandi exercebit, Estque tota hæc religionis libertas per modum *pacti inter aequales conventi* sancita; in quo & ipse Imperator partis alterius est accessio: proinde neque Cæsari neque reliquis ordinibus Catholicis, quod suffragiorum numero prævaleant, quicquam hîc mutare ac decidere licet, quæ omnia latius ex Inst. P. cognosci possunt. Illud constat, ordinum Protestantium meliorem hîc conditionem esse quàm Catholicorum, cum hi Pontifici obnoxii, Ecclesiastici etiam cum Capitularibus sæpè ex capitulatione communem habeant jurisdictionem: & illi de sua religione proprio jure statuunt. * Neque verò plenitudine potestatis Cæsareæ, qua sancitum ferebatur, satis tutum erat superiori ætate *reservatum Ecclesiasticum*, quod vocant, tot querelarum protestationum ac turbarum in Germania suscitabulum, nisi mutua paciscentium voluntate in dicto Instr. *convalidaretur*; per quod adeò factam est, ut libertas religionis Statibus Ecclesiasticis Cath. quidem competat, nullum tamen jus reformandi; quin ipsi, si diversa sentire incipiant, coguntur abdicato charissimo pallio, relictoque pedo ac territorio Episcopali, contenti esse fructibus perceptis fama que atque existimatione salvis, quod & in aliis Clericis in diversa castra transeuntibus probatur. Quo loco etiam illud notabis, multis in Imperio libertatem *retinenda*, paucis *instituenta* religionis facultatem datam. Annon tamen vel ita religio cogitur, interdicto subditis usu sacrorum suorum atque

impo.

et Add. Lã-
pad. p. 3. c.
XI. n. 47.
** V. tamen*
Carpz. dec.
113.
d. d. l. S. si
igitur. Lam-
pad. d. l. n.
55. seqq.

imposita necessitate emigrandi, de qua diximus? Neutiquam, verò hæc necessitas coactio absoluta est: sed in genere actionis mixtæ posita non desinit esse voluntaria, neque civitatis, famæ ac bonorum jacturam ullam de se infert. Res ex consensu partium difficillimè vel sic coalito eum modum accepit.

VI. Vocatio ministrorum verbi Ecclesiæ ^{De Domo} ^{l. 12. III. 30} est ab autore ejus commissa nunquam ita ad alterutram hierarchiam abdicativè transferri potest, quin reliquis ad minimum *δοκιμασία* vocati relinquatur. Itaque jus patronatûs Ecclesiastici, si temperanter habeatur, neque divinis neque humanis legibus repugnat.

Inde est, quod non *principis nec patroni* sed *Ecclesiæ ministri* dicuntur. Singulis quippe omnibus cura suæ salutis ac discretio veri ac spurii pastoris, cujus vocem in posterum audire debeant, incumbit; & vocatio ministrorum Ecclesiæ non nisi mediatè ^{Matt. VII.} ^{15. 1. Job. IV.} ^{1. Act. XVII.} ^{11. Carpz. 3.} ^{E. L. 1. d. 27.} ^{seqq. Reink.} ^{de R. S. & E.} ^{L. 3. cl. 1. c. 6.} ^{η add. l. 42.} ^{C. eod. l. 19.} ^{C. de Ep.} ^{Nov. 57. c. 2. Nov. 123.} ^{Aud.} ^{θ Dn. Tab.} ^{sect. 1. th. 38.} hodie peragitur, quamvis regimen dignitatis hîc quoque in Magistratu emineat, cujus plurimum interest scire, quales, quâ innocentia, quibus ingeniis, qua fide, qua facultate scholis atque Ecclesiis præficiantur. Pulcherrimus vocandi Episcopi processus ^{E. L. 1. d. 27.} ^{seqq. Reink.} ^{de R. S. & E.} ^{L. 3. cl. 1. c. 6.} ^{η add. l. 42.} ^{C. eod. l. 19.} ^{C. de Ep.} ^{Nov. 57. c. 2. Nov. 123.} ^{Aud.} ^{θ Dn. Tab.} ^{sect. 1. th. 38.} *l. 31. C. de Ep. & Cl. η* traditus ac sancitus non immeritò omnibus Decretalium nugis anteferendus esse visus est magno Jcto, ^θ neque Tridentinus confessus, ^ι ordinis sui faventissimus iudex ^{L. 3. cl. 1. c. 6.} ^{η add. l. 42.} ^{C. eod. l. 19.} ^{C. de Ep.} ^{Nov. 57. c. 2. Nov. 123.} ^{Aud.} ^{θ Dn. Tab.} ^{sect. 1. th. 38.} soli Clero eas partes hætenus jure vindicavit. Rectius Clero ^{η add. l. 42.} ^{C. eod. l. 19.} ^{C. de Ep.} ^{Nov. 57. c. 2. Nov. 123.} ^{Aud.} ^{θ Dn. Tab.} ^{sect. 1. th. 38.} consulendi de persona idonea, principi decernendi, populo ^{C. eod. l. 19.} ^{C. de Ep.} ^{Nov. 57. c. 2. Nov. 123.} ^{Aud.} ^{θ Dn. Tab.} ^{sect. 1. th. 38.} approbandi potestatem addicimus. ^κ Ad usum nostrorum temporum spectat investum jam antiquitûs, (^{Nov. 57. c. 2. Nov. 123.} ^{Aud.} ^{θ Dn. Tab.} ^{sect. 1. th. 38.} *c. 18.*) ne fidelium liberalitas sine præmio atque irritamento foret *patronatûs Ecclesiastici* jus, quo libertas eligendi pastorem Ecclesiæ natura & conditione sua liberæ ^λ injustè imminuta

- qui-
- ^ι C. Trid. c. 4. & 7. de Sacram. Ordin.
 - ^κ A. F. L. II. c. 3. n. 28. seqq. Reink. d. 1.
 - ^λ Rom. VI. 17. Gal. V. 1. 13.

μ *G. Voet.* quibusdam visa est, μ quippe quod post nominationem ceri
disp. de jure hominis vacanti Ecclesie præficiendi à Patrono factam Parochia-
patron. A. ni non nisi recusandi ob justas ac graves causas, v alibi etiam
Fab. præf. vix ac ne vix quidem jus habent, quæ si nullæ sint, præsentatio
 L. III. vocati, quem necesse est cum domino territorii, sub quo sita est
 v *Carpz. 7.* parochia, in fide consentire, etsi fortè patronus discrepet, olim
E. d. l. d. 32. coram Episcopo, hodiè Consistoriis Presbyteriisve P R O T E -
 ξ *Carpz. d. STANTIUM* ξ ad probandum eum atque examinandum
 L. I. def. 22. fieri consuevit, quam sequitur aut reprobatio vocati, salva pa-
 trono intra legitimum tempus alium præsentandi facultate, aut
 confirmatio, quæ præstito fidelitatis ac religionis juramento
 eum omnium jurium atque immunitatum Ecclesiasticarum mi-
 nistris competentium capaxem facit, & hanc denique ordinatio,
 quæ solennitas juris positivi alibi sacramenti atque indelebilis
 characteris opinionem habet. Ordinari publica in præsentia
 Ecclesie facta investitura seu installatio, qua mutua pastori atque
 auditoribus fides ac reverentia (plerumque per Superintenden-
 tem) commendatur, non est de jure patroni, nisi quatenus ipse,
 partem facit Ecclesie, cui ordinatus commendatur. Sicut nec
 o *Carpz. d. l. d. 41.* jus removendi vocatum ei damus. o Unde sequitur jus patro-
 natûs nihil illicitum aut libertati Ecclesie adversum continere,
 quia licet Ecclesie sit commissa vocatio, forma tamen ac modus
 vocandi in S. S. nusquam definitè atque in vim præcepti expres-
 sus. Sed & vocandum à patrono habilem ad id muneris requi-
 rimus. π Adverte denique, in Superintendentes constituendos
 2. ch. 2. B. E. apud nos vulgare patronatus jus haud extendi. ρ Quorum voca-
 B. S. Jur. tionem sibi nō immeritò reservarunt principes nostri, quod major
 sten. Staat de capitibus gregis cautio requiratur. Inter ministros quippe
 p. 2. c. XIII. Ecclesiasticos ac ipsa munera Ecclesiastica gradûs observari, &
 n. 3. utile & ad bonum ordinem efficax est in Ecclesia; l. 7. C. de Ep.
 ρ *Carpz. d. Cl. c. 7. dist. 89. Fr. Duar. l. de S. E. M. c. 7.* quamvis apud nos
 l. d. 19. anxia illa titulorum & personatûs & dignitatis atque ordinum
 σ c. clericos, distinctiones, σ quibus ex politici regiminis aut gentilis sacer-
 c. decretis, dotii æmulatione Clerus Rom. approbante Can. jure jampridem,
 dist. 21. c. 1. in magnam certè Reip. atque Ecclesie pestem, τ luxuriavit, ferè
 dist. 25. c. 1. 2. abo-
 dist. 80. c. 1. dist. 98. c. 1. dist. 99. add. c. 5. dist. 95.
 τ *A. Fab. L. I. c. XI. n. 54. De Dom. L. III. c. 2. n. 8.*

abolitæ, neque Germania, in quantum à Protestantib. tenetur, Episcopos (quorum nomen, potestas atque officium odio ac contentione nunquam caruit) sibi sed Superintendentes eosque vel generales vel speciales, alibi sub nomine Præpositorum, Inspectorum aut Decanorum præstituit, v. communicata illis præter ea, v. Fürstentum quæ sunt ordinis, Episcopalis audientia, legis item Diocesanae Staat p. 2. quadam particula, jurisdictione Consistorii servata. Pastorum, c. XIII. n. 6. Seniorum, Diaconorum & Archidiaconorum nomina manserunt. Quia porro jam antiquitus obtinuit scholas inter collegia Ecclesiastica referri, præsertim cum plantandi Christianismi nulla expedior via reperiri possit, quam sedula adutorum juxta ac parvulorum institutio, eloquentia ac sanctimonia Ddm. atq; ἀναγωγῶν segregum firmanda: harum autem præcipua seminaria sint scholæ: meritò nostri quoque STATUS juris sui Ecclesiastici portionem haud levem existimarunt scholarum cum superiorum tum inferiorum in iisque cum docentium tum discipulorum curam ac sustentationem: φ hæc tamen, quæ vulgò Academia vocantur, & dignitates ac titulos ab uno Cæsaris politico jure derivandos conferre possunt, non rarò etiam supremam jurisdictionem habent, sine Imperatoris indultu (nam Piscatoris annulum jam pridem spernimus) erigi in Imperio haud possunt: χ harum olim Episcopi Cancellarii ordinarii, & durat id jus in Academiam Lipsensem etiamnum penes Administratorem Merseburgensem. χ Lampad.

VII. Res sacræ, quatenus sustentationi cultus ac ceremoniarum sacrorumve hominum deserviunt, à tributis muneribusve publicis, sicut & hi ab operis, regulariter omni jure sunt immunes.

Probatur thesis Gen. XLVII. 22. 26. Matth. X. 10. Proverb. III. v. 9. 11. 1. Cor. IX. c. 10. X. de vita & bon. Cler. c. 4. 7. X. de immun. Eccl. I. 5. 22. ibique Magnif. Dn. Struv. C. de SS. Eccles. Principis cura est, rerum sacro cultui deservientium necessarium apparatus instituire, ψ quò spectat non solum fundatio atque exædificatio templorum, oratoriorum, aliorumve locorum sacrorum: quò & cæmeteria, asceteria, gerontocomia, xenodochia, nosocomia, brephotrophia, orphanotrophia, asy- la, &c. C. de relig.

D



ω *Dn. Tab. la, &c.* eorumque dotationem referes, ω sed & valorum, vestium,
sect. 1. th. 27. suppellectilis sacrae, salariorum, primitiarum, oblationum, deci-
 marum, eleemosynarum congrua constitutio: quibus omnibus
 ministri, dispensatores, oeconomi, apocrisarii, copiatæ, parabola-
 ni &c. idonei adjungendi. A rebus autem sacris discerne patrimo-
 nialia Ecclesiarum bona, possessiones ac redditus, in quibus elar-
 giendis nihil in priscis benignitatis, modum sæpè desideres.
V. Lupold. de Bebenb. de vet. princ. Germ. zelo ac fervore in Chr. rel.
Deique ministros. At hæc ad Ecclesiam cum sua causa pervenire,
a l. 67. ff. de nihil impedit: *a* immunitates horum juris positivi, aut ex usur-
contr. emt. patione sæpe sunt Pontificum. Bona privata Clericorum, quo-
l. 18. § 2. ff. de rum intuitu pro Laicis habentur, tributis subjacere, extra du-
pign. act. bium est. *b* In thesi res sacras regulariter immunes diximus:
b Carpz. L. sed & Ecclesiasticæ apud nos ab oneribus cæterarum eximuntur,
II. 7. E. d. 311. ut hæc immunitas etiam conductores earum comitetur: empto-
c Ib. d. 307. res quoque talium bonorum fiant dotales Ecclesiæ, *c* ac proin-
308. 309. 310. de jurisdictioni Ecclesiasticæ obnoxii. Nam extraordinariis ne-
 cessitatis ac periculorum eventib. posse etiam has in bonum Ec-
d Id. d. 309. clesiæ ac Reip. adhiberi, atque alienari, *d* cùm nec naturæ nec
A. F. L. II. c. divina lex sacris bonis perpetuam atque immutabilem vim indi-
6. n. 28. seq. derit, supra demonstravimus. Neq; enim personas magis, quam
 bona civiū Resp. tacito nexu sibi obligata tenet ad sustinenda peri-
e Dn. Mæv. cula communiū temporum. *e* Unde bona Germaniæ Ecclesiastica
disc. de lev. ex publicis Imperii decretis certum præstationis modum habent,
inop. deb. c. 2. *f* Cum jure instituendi religionem connectitur *temporis, numeri,*
n. 25. seqq. *locorum, rituum ac ceremoniarum* aliarumque piarum causarum
f Carpz. d. Εξηκουσών Ecclesiasticæ conveniens dispositio, v. g. in nume-
d. 309. n. 12. ro Clericorum, festis, exequiis, litanis & examinibus, consolandis
Lampad. p. ægris, processionibus, solennib. baptismi ac rituum nuptialiū &c.
III. c. XI. 42. *g* Hæc omnia per Ordinationes atque Agendas, quas vocant, Ec-
g Fürsten clesiasticas STATUS in suis territoriis disponunt: in quibus ex-
Staat p. 2. cellunt *Saxonica ac Wurtembergenses.*
c. XI. n. 5.

*Directio sacrorum fit applicatione medio-
 rum conservandi ac cavendi, quò spectat*

I. Inspectio atque observatio perpetua ipsius cultus, tum
 ministrorum docentium in Scholis atque Ecclesiis, ut non solum
 verbo

verbo sed & exemplo doceant, *b* item cura de profectu ac mori- *b l. ult. pr. C.*
 bus auditorum, itemque administratorum Ecclesie ac piarum *de de Ep. A.*
 causarum. Huc refer *jus visitandi* per visitationes vel generales *A. F. L. II.*
 vel speciales, alicubi *Rüge-Gericht*. Neque malè huc typogra- *c. 4.*
 phiarum quoque & officinarum librariarum curam retuleris. * * *arg. R. 7.*
 II. Extraordinaria cultus rituum ac disciplinae juxta temporum *d. a. 1535.*
 atque eventuum diversitates moderatio, quò spectat jubilæorum, *S. 45.*
 aliorumve festorum, supplicationum, jejuniorum &c. ordinatio.
 III. Concordiæ Ecclesiasticæ studium in præcavendis schismatis
 ac hæresibus conventiculisque hæreticorum, † compescendis in- † *l. 2. C. de*
 anibus contentio- nib., de quibus aurea est oratio Const. M. apud *S. T.*
Euseb. L. II. de Vit. Const. c. 67. Huc facit *juramentum religionis*
 in nostratum territoriis ab iis, qui officiis præficiuntur, præstari
 solitum, quale quidem neminem ajo ad persistendum in falso cul-
 tu obligare. Quod si nodus dubiæ Scripturarum interpretatio-
 nis ac turbida Ecclesie tempora incidant, IV. Convocatio atque
 indictio Synodorum ac Conciliorum, i quam in Imperio nostro *i c. 1. 2. 3. d.*
 Comitiarum autoritate fieri debere, certum est. *Lamp. p. III. c. XII. dist. 15. l. 2. l.*
n. 8. Synodos autem particulares quilibet STATUS Imperii in *8. S. 3. C. de S.*
 suo territorio, usu ex gente, congregat: unde decreta Synodalia *T. l. 8. C. de*
 ex autoritate ejus publicantur. Hoc jus summis potestatibus ab *hæret. Nov.*
 aliis latè assertum. *H. Grot. d. tr. c. 7. 10. Conring. de Concil. & de 42. in pr.*
Jud. Germ. ib. 68. Dn. Strauch. Diff. Exot. II. X. V. Disciplina ac *Nov. 131. c. 12*
 jurisdictio Ecclesiastica: illius in veteri Ecclesia creber ac saluber-
 rimus usus hodiè friget: hanc Ordines per Consistoria, tanquam
 ordinarium Magistratum Ecclesiasticum, pari ferè Theologorù ac
 Politicorum numero animata, cui vice principis Præses adest, ali-
 cubi etiam in *Cancellariis*, & expedire consueverunt, reservatis suæ *k D. Mev.*
 cognitioni nonnullis; in cæteris iidem fines Consistorio qui prin- *decif. 1.*
 cipi tuendi. I Supremum Consistorium Dresdense duplici judi- *l Carpz. p.*
 cio fungitur, eòque appellationes à cæteris inferiorib. fieri con- *III. 7. E. d. 2.*
 sueverunt. Cæterùm in his judiciis omnes causæ, in quibus re- *Fürsten St.*
 ligio verti simul videtur, quæque ad ordinariam jurisdictionem *p. 215.*
 censuramve Ecclesiasticam sive ex natura rerum ac personarum, *m Carpzov.*
 sive ex facto aut antiqua consuetudine ac devotione spectant, per- *Process. tit.*
 tractantur, processu ferè sine strepitu. Referendæ itaque huc *2. n. 137.*

D 2

cau-



causæ Spirituales, Ecclesiastica, mixta. Illa, quæ fidei veritatem, cûram animarum ac divina officia ac ceremonias; ista, quæ disciplinam ac controversias concernunt Ecclesiasticas sive bonorum sive personarum, quarum quædam ex speciali privilegio hoc forum invocant, uti studiosi, qui & Clericorum appellatioue continentur. *Magnif. Dn. Richter Exp. autb. habita, passim.* Clerici certè in omnibus personalibus actionibus, sed & levioribus deli-

o *Carpz. L. Etis, quæ civilibus pænis coerceri possint (nec enim nisi mixtum imperium jurisdictioni Ecclesiasticæ apud Protestantes adhæret. n)*
o *Carpz. L. unà cum liberis, haud tamen famulis, hîc conveniuntur. o Ha verò III. d. 3. 5. 6. aliquando ad Ecclesiasticum, aliquando ad seculare forum pro*
o *VI. Bz. 42. qualitate actionis intentatæ, sive circa causas civiles sive delicta*
o *Add. A.F.L. versetur, perveniunt, ut causæ decim., usur., patronatûs, juramenti,*
o *II. c. 6. n. 10. cujus relaxatione ad principem quâ secularem spectare verius est, p*
o *8. matrimonii, q ac quæ huic conlectaria censentur, v. g. stupri, di-*
o *p. Id. L. III. spensationum, quæ alii ad secularia tribunalia retracta malint, &c.*
o *def. 2. n. 21.*

Defensio, quam sibi precipuam vindicat jus regii patronatus, absolvitur.

o *q arg. l. 16.*
o *l. pen. C. de*
o *E. A. Id. L. II.*
o *def. 1. V. Rim.*
o *dec. 2. 99.*
o *Illustr. 8.*
o *Carpz. J. E.*
o *L. III. tit. 8.*
o *s Grot. de*
o *I. B. & P. 2.*
o *c. 15. S. 10.*
o *ibig. Felden.*
o *s M. Mager,*
o *de advoc.*
o *arm.*
o *u. t. t. C. de*
o *heret. t. t. C.*
o *de Apost. c. 3.*
o *5. dist. 83. c. 3.*
o *dist. 86.*
I. Propulsatione omnis cûm externæ tum internæ violentiæ atque impedimentorum vel ipsi cultui vel rebus ac personis ad eum spectantibus intentatorum, r quo loco dubitari non oportet, etiam per arma ac bella, etiam per fœdera cum infidelibus sancita licere religionem defendere, s ut quæ summum in Rep. bonum. Huc referendum est præter illud patronatus vulgare, de quo supra, *Advocatus Ecclesiastica s. Mundiburdii* in Germania frequentissimum ab antiquo jus ac consuetudo, qua, qui potentia eminere videbantur inter vicinos, protectores sacrorum collegiorum constituti. Hoc jus tamen non tribuit superioritatem aut jurisdictione in loca protectioni subjecta, nec jus rationes administratorum examinandi. II. Cui porrò utriusque tabulæ Xlogi custodia commissa 2. *Chron. XV. 8. seq.* vigilantissimus erit in falsis cultibus, corruptelis doctrinæ, hæresibus, Apostasiis, scandalis tollendis ac coercendis, idque per pœnas partim seculares, partim Ecclesiasticas disciplinæ Ecclesiasticæ subordinatas, uti est *deprecatio s. pœnitentia Ecclesiastica, Kirchenbussel* quæ pœna canonica dicitur, *l. ult. S. 4. C. de Ep. aud. excommunicatio* servatis admo-

admonition in gradibus in contumaces, præcipuè major, quam
ana hematismum vocant, cum cognitione principis fieri debet.
l. 30. C. de E. & C. qui quod ultimum est in jurisdictione (brachio
seculari) *l. 14. cum subj. autb. autb. item quæcunque C. de E. & Cl.*
superaddit, quod apud nos ferè necessarium, cum in cætu vocato-
rum rei manent, qui in primitiva Ecclesia se sponte ad Ethnicos
separabant. x In plerisque tamen his causis nunquam citra Sy- x *M. Steph.*
nodos, consilia ac colloquia Theologorum quicquam statuerit *d. I. P. E. disc.*
princeps. y Hæresis quatenus puniri debeat, antevertimus supra *9. Carpz. I.*
dicere. III. In mulctandis *l. 2. C. de Ep. aud. carcere, qui Deca-* *E. tit. 7.*
nicon in *Nov. 79. c. 3.* coercendis, translocandis, suspendendis y *Nov. 42.*
l. ult. §. 4. C. de E. A. ac citra appellationem puniendis reis Cleri- *in pr*
cis. Remotio tamen, quæ vel per degradationem s. facto vel per z *H. Canis.*
sententiam s. verbis fit juxta CC., z toti Ecclesiæ videtur com- *in S. I. C. L.*
muniter competere. a Et illud honori sacerdotii datū, ut à judici- *III. tit. 22.*
bus secularibus nisi prius dignitate sacerdotali ab Episcopo exuti a *Dn. Tab.*
criminaliter puniri haud possent Clerici. *Nov. 83. §. 2. in f.* *sect. 2. t. 5.*

IIIX. Finis Ecclesiastici regiminis non absolvitur *Grot. dict.*
sola externa pace ac tranquillitate Ecclesiæ, sed & *tr. c. 10. §.*
salvificæ doctrinæ ac pietatis apud subditos agni- *ult.*
tione & exercitio *1. Tim. II. 2.* Unde reliquæ virtutes
beatitudini imperiorū deservientes consequuntur.

Quamvis enim, ut supra expositum, sacra majestas non tendat *c. 6. dist. 83.*
immediatè ad producendum bonum animæ supernaturale; ta- *Fürsten St.*
men externa directione id quoq; intendere, adeoque eò collimare *p. 2. c. XV. n.*
debet, ut sub ejus tutela vivant Christiani veram in Jesu Christo *1. Tab. sect. 2.*
caritatem atque amicitiam exercentes erga Deum & proximum, *ib. 7.*
quam juxta defensionem religionis adversus barbaros ac paganos
omnesq; Christiani nominis hostes finè esse debere *Imperii Chri-*
stiani, sicut est Christianorum, hætenus assentimur *Dn. Feldeno*
p. V. Elem. c. 3. n. 3. cujus de cætero *Ἰακωβίου* in jus sacrum Justi-
nianeum sanè rigidam deprehendimus *p. 5. c. 5. in concl.*

De modis acquirendi, conservandi, amittendi, probandi quæ-
dam decreveramus addere, sed temporis ac pagellarū angustia ex-
clusi, cupidū lectorem remittimus ad *A. Fabr. L. 2. c. 10. n. 18. seqq.*

Gail. de P. P. L. 1. tit. 1. Carpz. I. Resp. 78.

ΠΑ.

UTi philosophia non est Aristotelismus; ita jurisprudentia non est Justinianismus. *Præ-Nobilis. D. D. Rechman in præfat. recit. præct. in ff.*

II. In rebus fidei nulla datur præscriptio (*contra A. Fabr. Sab.*) ac proinde nec ars Romanensium nova. *Hulf. dissert. de præscript. Calixt. digress. de art. nov.*

III. Status Imperii non gerunt duplicem personam, Ecclesiasticam ac secularem. *Magnif. D. Strauch. de stat. à sum. Princ. th. 36. in f.*

IV. Si deficiat usus, ad quem destinata fuerant bona piarum causarum, vel impius sit ac superstitiosus, non continuo sequitur, in formam patrimonialium ea redigi debere, arg. *l. 132. ff. de reg. iur. Novell. 37. l. 16. ff. de usu legato, l. 4. ff. de admin. rer. ad civ. pere.*

V. Polygamia simultanea non est contra jus naturæ. *Dn. Strauch. Diff. II. aph. 4. ibiq. Magnif. Dn. D. Schröter. in not.*


VI. Partus sub auspiciis septimi mensis editus est legitimus, ita *Resp. Lips. mens. Febr. A. 1613.*

VII. Pacta servitutum obligant etiam singulares prædiorum successores. *Carpzov. p. 2. c. 41. d. 14. valde obstat l. 136. §. 1. ff. de V. O.*


Relligio, Clerus, ditio, lex, miles & arma,
 Cuncta sub imperio, Justiniane, tuo:
 Sola Fides stricto tamen haud obtemperat ensi;
 Sunt sua principibus, sunt sua jura Deo.
 Hæc tibi sollicita dum sic distinguere charta:
 Et mihi sic studii laus placet illa tui.

*Honoris & b. c. f. Claris. Dn. Doctorando, Amico
 honorando & pl. dilecto*

Christoph. Philip. Richter / D. Com. P. C.
 Colleg. Jurid. Ordinarius,
 Decanus, & P. P.







ULB Halle

3

005 132 487



1017







I. N. D. N. J. C.
Permissu atque autoritate 1668, 16^{3.}
Magnifici JCr. ordinis in Academ. JENENS.
P R Æ S I D E
Viro Nobilis. Amplis. Consultis. atque 21
Excellentissimo Hg

DN. JOHANNNE CHRISTO-
PHORO *Falckner* / J. U. D. ac P. P. *ibid.* celeberr.
Consil. Sax. Curia^e Prov. ac Scabinat^{us}, Fac. item Jurid.
Adess. gravissimo, & hujus etiam h. t.
DECANO SPECTATISSIMO,
Domino PATRONO ac DOCTORE suo
pl. observando

DE JURE SACRO
ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ

S. R. German. I. & in hoc inprimis STATUUM EVANGEL.
territoriis accommodatum.

PRO LICENTIA

Summum in utroque jure titulum rite capessendi publicæ
Doctorem censuræ
submittit

THEODOSIUS *Lehman* /
Annæ-Montanus.

Disputabitur in Auditorio JCr. horis matutin. ac pomerid.
MENS. JAN. D. A. cl^o l^o LXIIX.

J E N Æ,
Literis JOHANNIS WERTHERI.